Pfeffer de Wydenberg, Johannes: Directorium sacerdotale
[Basel: Johann Besicken, after 20 Dec. 1482] Seite 116



artificiolo vł agricultura absq̧ officiꝫ sui dū
taxat detrimento prepararet. Item omnes cle
rici qui ad operandum validi sunt ꝛ artificio
la et litteras discant qui vero non pro emen
do aliquid in nundinis vel in foro ambulāt
ab officio suo degradantur. Ex quibus pa-
tet pena negociatorum clericorum scilicet ꝙ
exercentur et si se non correxerint deponan-
tur In foro quoq̧ penitenciali debet eis in-
iungi aut saltem consuli vt ea que contra for
mam predictam lucrati sunt studeant pau-
peribus erogare vt patet decimaquarta que
stione quinta et in multis alijs locis et sum
mis doctorum habetur.

Ad diceres sacerdos curatus sum
ꝛ in grege mihi commisso plures
habeo subditos negociationi scili
cet vendicioni et empcioni intentos qualē er
go doctrinam dabis mihi ad salubriter eos
regenduꝫ ꝛ in predicatione ꝛ in confessione
dirigendum Responsio ad habendum aliq̄
lem huius rei materiam formande sunt plu
res dubitaciones Preterea an liceat reꝫ
carius vendere quā valet ꝛ an ad restitutio-
nem tenetur. qui fecerit huiusmodi Respon
sio. S. tho. secunda secūde questione septua
gesimaseptima ꝙ fraudem adhibere verbis
vel factis ad hoc ꝙ res aliqua plus precio
iusto vendatur omnino peccatum est atq̧ il-
licituꝫ quia per hoc homo decipit proximū
suum in damnum eius et cōmodum suuꝫ vn
de et tulius de officijs ait tollendum est a re
rum contractibus omne mendacium Si au
tem fraus desit tunc de vendiciōe ꝛ empciōe
loqui possumus. dupliciter. Primo modo
ſm se sicq̧ empcio ꝛ vendicio introducte vi
dentur pro communi vtilitate vendentis et
ementis dum vnus indiget re alterius ꝛ ecō
tra prout prima pollicite scribit phs Quod
autem ꝓ communi vtilitate inductum est nō
magis debet esse in grauamine vnius quaꝫ

alterius. Sed debet ibi seruari equalitas vt
vtraq̧ pars seruetur indemnis. Porro va-
lor rei penes precium quod pro ea datur at-
tenditur seu mensuratur Ad quod etiam nū
misma inuentum est vt dicitur quinto ethico
rum Ideoq̧ si precium excedit quantitateꝫ
valoris rei aut econtra aufertur equalitas ip
sa iusticie Hinc carius vendere aut viliꝰ eme
re rem quam valet est ſm se iniustum atq̧ il-
licitum consi. tamen qualitate tam loci quā
temporis quoniā aliquid plus valet in vno
loco aut tempore quā loco aut tempore alio
vt notum est ibi Secundo possumus loqui
de emptione et vēdicione ſm ꝙ per accidēs
cedit in vtilitatem vnius et detrimentum al-
terius sicut dum vnus multuꝫ indiget re ali
qua et alius damnum incurrit si careat ea et
tunc iustum precium erit non solum ſm va-
lorem rei secundum se sed etiam iuxta dam-
num quod venditor ex rei vendicione incur-
rit sicq̧ licite potest aliquid vendi plusq̄ va
let secundum se non tamen plusquā valꝫ ha
benti. Si autem emptor multum iuuetur ex
re alterius et venditor non damnificatur ca-
rendo re illa non debet eaꝫ super vendere qꝛ
vtilitas que emptori accrescit non est ex ven
dente sed ex condicione ementis nullus au-
tem debet vendere quod non est suum quā-
uis vendere possit damnum quod patitur et
idem est si venditor multum iuuet ex re emp
toris ꝛ emptor non damnificatur carendo re
sua ꝛ tunc emptor non debꝫ rem vilius eme
re seu pro precio minori quam valet Illud
auteꝫ illicite agunt negociatores diuites qui
a pauperibus emunt pannos aut similia vi-
lius absq̧ proprio damno quanq̄ paupe-
res pecunia indigentes pro minori dent ꝓ-
cio cupientes vtiq̧ carius seu quam res va-
let vendere si valerent Interea ad vertendū
ꝙ ſm leges humanas licet emendo ꝛ vendē
do decipere dummodo non vltra dimidiam



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-585/0116
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG